atq haec tempora deducta a quo q una in re. Desijt factus
est omnino rex. Augustana autem Confessio et similis
est caeteris haeresium pravitatibus, tamen ob eam longe
periculosior est, quod licenter, quam caetera a Catholicae
fide professione declinans speciem quandam religionis
retinere videtur. eo perniciosior alijs, quo venenum
suum occultum habet, nec eminet foras. Errare si pu-
tas eos uno confessionis Augustanae nomine atque eius
re contentos fore: brevi illi principio tantum pro
licentiam tentant. Ultimumque solum ab Apostolica do-
ctrina, atque ab hac sancta sede descendendi quaerunt
quod illico atque obtinere poterant. Regnum innu-
merabilibus contrasentientium inter se haeresium discordijs
inseparabili distrahi, lacerarique videbis. Atque vera sunt
ex ipsa rerum experientia comprobata liberi, sicut pro-
ne officioque nostro dignum est ad Maiestatem tuam scribere vo-
luimus, hortantes eam in Domino, et quo maiore animi
nostri studio rogantes, ut quod si muneris, regiique pro-
ne sibi ab omnipotenti Deo imposita proprium est,
operam des ne et isthic Religio Catholica (quam Deus a-
vertat) ab haereticorum fallacijs detrimentum aliquod
patiatur, et nos haec ea quae nolemus magno cum animi
nostri dolore audire cogamur. Quod nostrum tuam pro
eximio suo fidei Catholicae studio, et erga nos, sanctamque
hanc Sedem Apostolicam observantia facturam esse pro
comperto habemus. Datum Romae apud Sanctum Pe-
trum sub annulo Piscatoris, die 5 Decembris Anno
M.D.LXX. Pontificatus nostri anno quinto

T. Aldobrandinus.